

tar legatum ob aliterium commissum vivo, vel mortuo marito, Costa in cap. si pater, verb. Legavit, ex num. 17. & Mantica in lib. 6. consuet. tit. 12. num. 6. ubi quod si testator voluntarie rem legatam alienaverit, etique aliam subrogaverit, idem nomen illi imponens, valet legatum; Gratianus in reg. 239. ubi de revocatione legati ob inimicitias, & num. 8. probat cum multis resolutionem procedere, etiam si inimicitie culpa restatoris orientur, de quo etiam Lata de Antioverf. lib. 1. cap. 11. num. 37. & in reg. 458. ubi latissime de revocatione tacita legati, ex alienatione voluntaria rei legatæ, ubi plures ampliationes, & viginti limitationes congerit; latè Cardinalis Tuschus in L. conclusione 158. ubi de omni revocatione agit fusillimè Salgado in labyrintho, part. 2. cap. 19. num. 15.

Quor autem testes sint necessarii ad probandas inimicitias, vel aliam causam, ex qua tacita revocatio in lucitur: sunt diversæ opinioniones; & magis placuit duos testes sufficere, ut videre est per Covarruviam in rubrica de testamentis, 1. parte, num. 2. & alios relatos à Gratiano dicta regula 239. num. 7. & Mascardum de probationibus, conclus. 406. Mantica de conjecturis ult. vol. lib. 1. tit. 16. num. 9. quod ita intelligendum est, nempe quia in hoc casu agitur de declaratione voluntatis probanda, non de nova dispositione: inducenda, ut ex Petro Surdo in consilio 129. lib. 1. probat Castillo lib. 4. controvers. cap. 19. num. 16. & per tot. ubi latissime agit, quando duo testes sufficiant, & quando plures requirantur?

Controversitur etiam, an legata censentur revocata ex eo quod postea liberi nascantur? In quo crebrius resolutio est, quod si legata sint ita magna, quod testator verisimiliter ea non reliquisset, si de liberis cogitasset, revocentur; secus de parvis quæ etiam si de eis cogitasset, verisimiliter fecisset; sic multos referens Tiraq. in leg. si unquam, verb. Omnia, vel partem, num. 15. Mantica de concess. lib. 12. tit. 2. num. 30. Benzilectus in cap. Raynatus, §. eodem test. relinquens, et primero, num. 233. & cum eis Thomas Sanchez in consiliis, lib. 4. cap. 1. dub. 25. num. 6. ubi num. 7. declarat, quale debeat esse arbitrium in hoc, & per totum dubium bene explicat, & Gregorius in l. 8. tit. 4. part. 3. gloss. 3.

60 Ad num. 57. ibi: Et magistraliter, & resolutivo dico, &c.

Sex modis possit relinqui legata, parè, in diem, sub conditione, sub modo, sub demonstratione, vel sub aliqua causa, hic resolvitur, & de danbas quas hic prosequitur noster Gomezius hoc numero nempe de relictis parè, vel in diem certum, videndi sunt Spino, & ab eo relati, in suo speculo testamentorum, glossa 8. principali, num. 1. & per totam, ubi de legato parè relicto latissime agit, & in gloss. 14. ex num. 30. ubi de legato in diem certum. Donellus lib. 8. commentariorum, cap. 30. & ibi Osualdus, Petrus Gregorius in Syntaxmate lib. 4. cap. 31. num. 36. 48. & sequentibus, Cevallus quest. 790. ex num. 25. & per totam questionem, ubi latè disputat, an legatum relictum post mortem alterius, sit conditionale, vel in diem? Tuschus in l. conclus. 35. & 36. ubi quando dicatur legatum parum, & plures casus adducit, Castillo in leg. 27. Tauri, verb. Gravamen, et segundo, num. 41. iterumque noster Gomez-

zius in leg. 17. Tauri, num. 6. latè Padilla in leg. post mortem, Cod. de fideicommissis, Gratianus disceptationum forensium, cap. 136. ex num. 25. usque ad 46. ubi de transmissione legati, quando dies certa, vel incerta est adjecta solutioni, seu executioni, vel substantia, & dispositioni legati, Menochius lib. 4. presumpcionum 175. ubi declarat quando legatum dicatur parum, vel in diem, vel modale, Pichardus in §. omnis stipulatio, Instit. de verborum obligationibus, num. 8. & 22. & sequentibus, ubi reprobatur Sinum ubi supra, dicentem nullum esse discrimen inter legatum parum, & præsentis die relictum, Molina de iustitia, tom. 1. disputat. 205. ubi de legato in diem certum, & quod in eo non transferatur dominium ante diem, nisi tradatur, Joannes Gratianus in reg. 286. ubi latè declarat an legatum in diem certum relictum possit statim restitui? & num. 1. probat cum Padilla supra, quod talis restitutio censetur donatio: & an executor testamenti possit hanc restitutionem facere? de quo Matienzo in l. 14. tit. 4. gloss. 1. num. 37. & 38. lib. 5. Recopilacionis, & num. 3. addit ipse Gratianus questionem controversam in Pinciana Cancelleria, an si, facta hac restitutione ante diem, filii nascantur heredi antequam dies legati cedat, possit talis restitutio reclamari ex leg. si unquam, Cod. de revocandis donationibus? & tandem distinguit ita, quod si hæres sit filius, vel descendens, revocabitur talis restitutio, tanquam donatio, ex leg. cum avus, ff. de conditionibus, demonstracionibus, & ex dicta leg. si unquam: si autem hæres esset extraneus, iterum distinguit an dies citò cedat, & non revocetur; aut non cedat citò, & tunc revocetur cum sit donatio.

Al numerum 58. ibi: Et resolutivo respon. 61 deo, &c.

Relictam in tempus legitime ætatis intelligi quando perveniat ad tempus viginti quinque annorum & non ante, etiam si veniam ætatis imperaverit, docent enim Caldas Pereira in leg. si curatorem, verb. Infra legitimum tempus, num. 22. Tuschus littera V. conclus. 91. n. 6. & conclus. 102. num. 4. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. tit. 4. num. 15. & lib. 5. tit. 12. num. 26. Costa in §. quid si tantum, §. part. num. 46. & sequentibus, & plures relatis à Barbosa in tractatu de nominibus appellativis, appellatione 10.

Ad numerum 59. ibi: Pro cuius perfecta resolutione dico, &c.

Quinque definitiones conditionis adducit hic noster Gomezius, de quibus videndi sunt Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 10. tit. 5. num. 2. Spino in speculo testamentorum gloss. 14. num. 4. Cevallos communium contra communes, quest. 790. num. 9. & alii relati à Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 5. num. 26. & 27. Donellus lib. 8. commentariorum, cap. 30. & ibi Osualdus notatis littera B. Duarenus in tit. de conditionibus institutionum, cap. 2. Carpio in tractatu de executoribus, lib. 2. cap. 12. num. 15. Pichardus in relectione tit. ff. de acquirend. hæred. cap. 19. num. 6.

Ad num. 60. ibi: In item addo, &c.

Conditionum alias esse casuales, alias potestativas, alias mixtas, ut hic resolvitur in principio, docent, & explicant latissime Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 1. tit. 16. num. 14. Menochius lib. 4. presumpcionem 183.

per totam. Miercz de majoratibus, 1. par. quat. 50. Peregrinus de fideicommissis, ar. 16. ex n. 115. Tuschus conclus. 578. & tribus sequentibus, littera C. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 3. & cum eis Castillo lib. 4. controvers. cap. 25. ex n. 68. cum multis sequentibus, ubi etiam alios refert, & optime declarat harum conditionum naturam, & effectus, Spino in speculo testamentorum, gloss. 14. ex n. 111. Cujacius observationum lib. 14. observatione 2. Duarenus de conditionibus institutionum, cap. 5. Sarmiento lib. 2. selectarum cap. 1. num. 10. & seqq. Menchaca controversiarum illustrum lib. 3. cap. 93. Osualdum ad Donellum lib. 8. c. 34. Parladorius differentia 147.

In dubio autem dispositio potius presumitur pura quam conditionalis, nisi ex aliquibus verbis, & mente testatoris conjecturata contrarium colligatur, ut docent Menochius l. 4. presumpcionem 175. num. 7. Miercz de majoratibus, 2. p. 9. 4. illatione 8. num. 17. & alii adducti à Castillo l. 4. controvers. c. 55. num. 23. prout etiam ex iisdem conjecturis, & si verba secundum suam propriam significationem conditionem inducant, ex conjecturata tamen mente testatoris non significant conditionem, sed diem, aut temporis dilationem, ex eodem Menochio conf. 594. num. 2. 15. & alius concludit idem Castillo supra, num. 26.

Item ex quibus verbis conditio inducatur, videndi sunt Barr. & ceteri in l. 1. ff. de conditionibus, & demonstracionibus, Tuschus in l. C. conclus. 583. & 584. Palafox de majoratibus, 2. part. 9. 4. illatione 8. num. 16. Hermosilla l. 27. tit. 5. part. 3. gloss. 1. Crallus §. leg. 9. 8. Menochius lib. 4. presumpcionem 175. num. 17. Silveiter, verb. Condicio, §. 2. & Castillo l. 4. controvers. c. 55. num. 26. ubi alios refert, Covar. l. 2. var. c. 4. num. 3. ubi quod verbum, Si, non inducit conditionem cum sequitur absonus intellectus.

64 Ad num. 61. & sequentes usque ad num. 66. inclusivè.

Conditiones quando, & quomodo debeant impleri, item quæ dicantur contingibiles, quæ necessariae, & quæ tacita, quæ expresse, & alia his numeris à nostro Gomezio magistraliter resoluta, explicat optime præter ordinarios Doctores num. præced. relatos, Osualdus ad Donell. lib. 8. cap. 30. & seqq. usque ad cap. 34. ubi latissime materiam prosequitur, & lib. 15. cap. 12. Gutierrez consil. 27. latè, ubi agit intra quod tempus impleri debet conditio? Tiraquellus in l. boves, §. hoc sermone, num. 101. ubi quod intelligatur implementum de prima vice, Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 18. dubita. 15. Carpio de executoribus, & commissariis, lib. 2. cap. 22. ubi quod hæc conditio, Si Caputium ascenderit, si adjiciatur legatario, erit potestativa, si vero adjiciatur alteri Tertio, erit casualis; ex Costa in l. cum tale, §. si arbitrata, ampliatione ultima, num. 7. & sic quando apponitur dicta conditio, vel alia similis ipsi legatario, impleri debet quamprimum possit, secus si apponatur alteri Tertio, quia cum sit casualis quodcumque impleri poterit: Costa lib. 2. selectarum cap. 4. num. 1. quem videas lib. 1. electarum, ubi latissime de legato conditionali, Connan. l. 10. commentariorum, cap. 6. ubi n. 3. ait, quod legatum heredi inunctum sub conditione, Si aiquid fecerit, vitatur; ubi rationem reddit, scilicet quia potest si vult non

obligari, Donell. lib. 8. cap. 15. licet contrarium teneat Cujacius lib. 2. observationum, cap. 2. ad finem, cui satisfacit Osualdus ad Donellum dict. cap. 15. littera L. Hermosilla l. 5. tit. 4. part. 5. gloss. 1. Alvarado de conjecturis a mente definitis, lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 85. ubi quod legatum sub conditione: Si hæreditas adeatur, non debetur, si conditio deficiat. Et latè de implemento conditionum, & earum defectu, Menchaca illustrum, cap. 93. 94. & 95. Valac. conf. 120. num. 18. & seq. ubi ait sufficere quod semel deficiat conditio, & ut in uno plures referam, vide Castillo lib. 4. controvers. cap. 25. maxime ex num. 70. ubi quando conditio habeatur pro impleta, quando pro defecta, Pichard. in repetit. tit. de legatis, c. 9. n. 79. ubi probat quod conditio dandi heredi, non impletur dando heredi hæredis, contra alios: Gratian. d. sceptrar. tom. 2. cap. 301. ex n. 9. ubi quod conditio dandi fideiussores impleri debet ad effectum consequendum absque interpellatione, & requisitione: Mantica de convention. tacit. lib. 14. tit. 42. & seq. Surdus in tract. de alimentis tit. 8. privilegio 14. Fulcius de fideicommissis, quat. 454. & 455. ubi an si plures conditiones apponantur, omnes debeant impleri, Otero de jurè pascendi, ubi latè de conditione habitandi in certo loco, Gratian. reg. 231. ubi an sufficiat momentaneum implementum? D. Joseph. Vela dissert. 21. num. 65. ubi notat discrimen conditionum, quod scilicet potestativa non retrorahatur, secus casualis vel mixta; Morquecho de divisione bonorum, lib. 4. cap. 11. num. 65. & 71. & seq. ubi de conditione habitandi in certa domo, quod non obliget, quando adest causa sufficiens ad non habitandum ibi, Tiraq. de retractu conventionali, §. 1. gloss. 2. num. 15. ubi an facultas implendi conditionem transeat ad hæredes, de quo Gutierrez consil. 2. num. 13. Castillo lib. 4. controvers. cap. 15. ubi quando detur progressus de casu ad casum in conditionibus, vel possint impleri per aequipollens, & latissime de implemento conditionis, & quando habeatur pro impleta, idem Castillo ibid. cap. 24. & 25. quem omnino videas, & Tuschum in l. C. conclus. 564. & multis sequent. & Molinam de iustitia, tom. 1. disp. 206. vide in 2. tom. cap. 11. latè.

Quid autem si simul apponatur legato conditio, & dies, an sufficiat conditionem extrinsec? Vide Fachinam, lib. 10. controversiarum, c. 48. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. tit. 19. num. 19. & Gomezium nostrum infr. tom. 2. cap. de qualitatibus contractuum, numero 34. & Castillo in tractatu de usufructu, cap. 62. num. 7. qui alios refertur.

An autem conditio impleta retrorahatur in legatis? Vide Bernardum Diaz in reg. 119. Matienzo in leg. 7. tit. 11. glossa 6. num. 35. lib. 5. Recopilacionis, & latissime Gratianum in reg. 284. per totam, ubi de discrimine inter legata, & contractus in hoc, de quo etiam optime Spino in speculo, glossa 14. principali, num. 33.

Ad num. 67. ibi: Et ista ipso jure tolluntur 65 de medio, &c.

Quæ sint impossibiles conditiones, & eas tolli ipso jure in ultimis voluntatibus, secus in contractibus qui vitantur, explicant latè Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. tit. 10. num. 7. & lib. 1. tit. 1. num. 18. Osualdus

ad Donellum lib. 6. cap. 18. lit. c. & lib. 8. c. 32. lit. E. & F. & seq. Gregorius Lopez in l. 3. tit. 4. part. 6. gloss. 4. Covarruv. lib. 4. part. 2. cap. 3. in fine. Menchaca de successione creatione, §. 10. ex num. 168. Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 1. & seq. Costa lib. 1. selectarum, cap. 8. & seq. Spino in speculo, gloss. 14. ex num. 134. Socynus reg. 7. Condicio impossibilis. Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 5. disp. 3. & 4. ubi latissime de conditione impossibili adjecta in contractu matrimonii, Gracianus regul. 232. ubi agit quid de conditione impossibili adjecta donationi causa mortis, vel majoratus, vel matrimonio; & tandem resolvit, quod si adiciatur contractui, eum vitiat: in ultimis autem voluntatibus, legatis, & donationibus causa mortis si fit conditio impossibilis de jure, vel natura ipsa conditio rejicitur, & dispositio valet: si vero fit conditio impossibilis de facto, vitiat ultimam voluntatem: in contractu vero matrimonii (inquit) si conditio adicitur substantia ipsius contractus, vitiatur ex defectu consensus, si vero non substantia, sed alio modo, conditio rejicitur, & matrimonium validum manet: & hanc resolutionem in impossibili affirmativa locum habere asserit; in negativa vero, verbi gratia, si digito caelum non attigeris, implementum necessarium esse in omni casu, ideo dispositionem, vel contractum non vitare. Sed advertendum, quod quatenus Gratianus constituit discrimen in conditione impossibili de facto, quod scilicet haec vitiet legatum; contrarium video tenere communiter, imò talem conditionem rejici ex ultimis voluntatibus, ut in praecitis Doctoribus videri potest, & per Molinam de justitia, tom. 1. disp. 206. num. 8. & Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 3. n. 4. ubi quod conditio praesinito tempore impleri non potest propter angustiam temporis, quasi impossibilis non vitiat legatum, D. Franciscus de Amaya lib. 2. selectarum, cap. 11. n. 13. & per totum, ubi latissime agit de conditione impossibili, & ejus species distinguit, & plures textus explicat, quod etiam profequitur in cap. 12. & seq. quem omnino videas, & Tuschum liter. c. conclus. 591. & Pichardum in §. impossibilis, Instit. de heredibus instituentis, per totum.

Quid autem, si conditio, quae verè impossibilis erat, possibilis reputabatur a testatore, an ea pro non scripta habeatur, vel potius vitiet ipsam dispositionem? videndi sunt Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 1. n. 2. Covarruv. in 4. 2. part. cap. 3. §. 1. n. 5. Caldas in l. f. curatorem, §. sine curatore, n. 73. Benedictus Pinellus l. 1. selectarum, cap. 19. n. 9. Thomas Sanchez lib. 5. de matrimonio, disp. 3. n. 8. & post eos D. Franciscus de Amaya dicto lib. 2. selectarum, cap. 12. per totum, ubi reducens quaestionem ad conditiones impossibiles ex suppositione, vel eventu, eas pro non scriptis habendas ait, & interpretatur optimè textum in l. multa, §. si servus, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, quem videas, & Pichardum, in §. impossibilis, Instit. de heredibus instituentis, num. 22. ubi contra communem tenet.

Ibi: Nec predictis obstant text. in quo plures literati, &c.

Lex 17. tit. 11. partita 5. de qua hic fit mentio per nostrum Gomez. hodie habet verbum, Non, & sic transit sine difficultate.

Ratio autem differentia cur contractus vitentur ex impositione conditionis impossibilis, non autem ultima voluntates? in controversia est; ut constat ex relatis supra, hoc numero, & Duareno

ad titulum de conditionibus institutionum, cap. 4. Menchaca de successione progressu, §. 3. num. 43. Osualdo ad Donellum lib. 6. cap. 18. notari 1. & Pichardo in §. impossibilis, Instit. de inutilibus stipulationibus, ubi aliam rationem addit, & non improbat traditam a nostro Gomezio.

Ad numerum 68. Ibi: In quo articulo notabitur, &c.

Conditionem casualem, vel mixtam, posse impleri tam in vita testatoris, quam post ejus mortem, potestativam verò post mortem tantum cum declarationibus nostri Gomezii in praesenti, docent relati supra in additione ad numerum 60. & 61. eos vide, & maximè Spinum in speculo glossa 14. n. 13. & seq. ubi improbat rationem nostri Gomezii, quare potestativa post mortem debeat adimpleri; & explicat textum in l. qui sub conditione, §. quoties, ff. de conditionibus institutionum, de quo vide Gregorium in l. 14. tit. 4. part. 6. gloss. 1. ubi limitat text. in dict. §. quoties, nisi haeres fuerit in mora meminitendi servum ante mortem, Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 2. num. 2. & 9. & cap. 6. num. 31. & lib. 8. cap. 2. n. 2. Osualdo ad Donellum lib. 8. c. 33. & 34. Amaya lib. 2. observationum, cap. 12. n. 15. & 16. item Gregorius in leg. 32. tit. 9. part. 6. glossa 3. quæst. 16. Costa in §. si arbitrum, ampliatione 12. n. 23. & seq. & lib. 2. selectarum, cap. 12. item Spino in speculo glossa rubrica, part. n. 44. Tuschum litera C. conclus. 581. & conclus. 594. ubi quod debet impleri per veritatem, & non per fictionem, & conclus. 195. ubi quod debet impleri in totum, & in forma specifica, Molina de justitia, tom. 1. disputat. 206. num. 13. & seq. ubi n. 14. docet quod legatarius tenetur conditionem potestativam implere, quamprimum commode poterit post mortem testatoris; alioquin expiret legatum; & quid in hærede, reliqua vide per Doctores citatos supra in additione ad n. 61. & Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 5. n. 51.

Adverte tamen debes, quod defectus conditionis cujuslibet, etiam casualis, non impedit deberi legatum, quando verifimiliter testator esset relictorus, etiam conditione defecta, ita Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 13. §. 2. 6. Peregrinus de fideicommissis, artic. 16. n. 122. Menochius lib. 4. praesumptione 183. n. 13. & seq. & hos, & alios referens Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 5. ex n. 33.

Ad num. 69. Ibi: Item adde, &c.

Conditionem appositam primo legatario, ceteri ferri repetitam in secundo ad quem fuit translatum legatum, nisi personæ cohæreat, ut hic docetur; & explicat latissime Mantica de conjunctis ultimarum voluntat. lib. 12. tit. 3. num. 3. Menochius lib. 4. praesumptione 174. per totum, ubi plures alias declarationes adducit Gregorius in l. 3. §. 1. tit. 9. part. 6. glossa 2. Lafare in tractatu de Gabellis, in additionibus ad praesentem, n. 10. Cancercius variarum 3. part. cap. 10. n. 132.

Ibi: Item intellige, &c.

Vide Suarez in leg. quoniam in prioribus, in declaratione leg. Regni, quaestio 8. n. 9. & consilio 9. ex n. 43. & vide supra in additione ad numerum 37. in fine.

Ad numerum 70. Ibi: In principio, Ibi dixi 68 quod legatum fit sub modo, &c.

De legato sub modo relicto, agit hic noster Gomezius; & ejus definitionem approbant communiter Doctores, ut videri potest per Parladorium, tom. 3. differentia 147. n. 8. & per Menochium consilio 79. n. 16. lib. 1. & praesumptione 146. & sequentibus lib. 4. & alios relatos a Castillo, lib. 4. controversiarum, cap. 55. num. 30. & licet

licet apponatur verbum, sub hac conditione, &c. non definit esse modus, ut ait Gomezius; cum potius mens testatoris attendi debeat; maxime si verba non requirant implementum procedere perceptionem legati, ut bene explicat Cardinalis Tuschus tit. C. conclus. 586. lit. M. conclus. 298. & 299. ubi ampliat & limitat Menoch. lib. 4. praesumpt. 175. ex n. 15. & quasi per totum. Fachinus lib. 12. cap. 36. ubi de legato facto Monasterio ut alicquem recipiat in Monachum, Mantica de conjunctis ultimarum volunt. lib. 10. tit. 5. n. 12. & seq. ubi optimè probat potius praesumi modum quam conditionem, optimè Parladorius tom. 3. differentia 147. n. 3. & melius Castillo supra, ex num. 29. Surdus decis. 38. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. disputacione 35. num. 2. Gratianus disputacionum tom. 1. cap. 44. n. 17. & cap. 136. n. 14. & in cap. 400. n. 19. ubi quod actio non competit pro legato, nisi prius oblata cautione de modo implendo, Molina de justitia, tom. primo disputacione 368. ex n. 3. ubi n. 9. quando non est necessaria cautio, explicat.

Ad numerum 71. Ibi: Item adde quod legatum sub modo relicto, &c.

Legatum sub modo relicto transmitti ad hæredes etiam ante cautionem praesitam, ut hic resolvitur, docent Tuschus tit. L. conclusio 40. Covarruvias in cap. 3. de testamentis, Molina de justitia tom. 1. disputacione 208. n. 8. Parladorius, dicta differentia 147. n. 12. Gratianus in regula 12. n. 4. Cevallos lib. 4. cap. 55. controversiarum, n. 45.

Ad numerum 72. Ibi: Item adde, &c.

Diximus jam supra cum Mantica, Menochio, Molina, Castillo, & aliis verba in dubio potius praesumi inducere modum quam conditionem; de quo vide quos retulimus in additione ad numerum 70.

Ibi: Item adde quod in dubio modus censetur impulsivus, & non finalis, &c.

Modum in dubio praesumi impulsivum, & non finalem, quando respicit commodum legatarii, ut hic resolvitur, docent Mantica de conjunctis ultimarum voluntat. lib. 12. tit. 2. n. 31. Molina de justitia, tom. 1. disputacione 208. num. 9. & 12. & reliqui supra citati, & in dicto n. 9. adducit ipse Molina casum in quo licet modus sit appositus in solius legatarii utilitatem, nihilominus cautionem de modo implendo praestare debeat. eum vide per totam disputacionem, quia optimè mitem declarat; quando autem modus est causa finalis, illo non servato potest dispositio revocari, ut docet Parladorius, dicta differentia 147. n. 16. Tuschus tit. C. conclusio 141. n. 9. & conclusio 142. n. 1. Costa lib. 2. selectarum, cap. 22. n. 7. & Spino in speculo glossa 14. principali, num. 39.

An autem legatum dotis, seu pro dote, vel causa dotis, sive pro maritandis virginibus, vel pro aliqua certa femina maritanda, seu ut aliqua nubat, aut nubere possit, vel cum nuperit, sit purum vel modale, seu conditionale, videndi sunt Menochius lib. 4. praesumpt. 146. per totum, Covarruvias in cap. nos quidem, de testamentis, Cevallos, quaestio 138. ubi etiam de legato relicto ad maritandam Miriam quae jam erat nupta incio testatoris, & quæst. 241. & quæst. 900. ex n. 156. & quæst. 332. Gutierrez cons. 126. ubi de legato pro consanguineis pauperibus dotandis, Tiraquellas in l. boves, §. hoc sermone, n. 11. ubi an legatum pro dotandis feminis intelligatur de primis nuptiis; Lara de Anniversariis, lib. 1. cap. 2. n. 27. ubi an legatum pro virginibus maritandis debeat ingrediens religio: de quo etiam Thomas San-

chez lib. 1. de Matrimonio, disputacion. 33. n. 32. Mantica, lib. 8. tit. 5. ex n. 11. & lib. 11. tit. 21. & 23. num. 5. Fachinus lib. 5. controversiarum, cap. 48. & 55. Costa lib. 2. selectarum, cap. 22. Gratianus cap. 154. n. 34. in disputacionibus, & cap. 301. n. 27. & cap. 41. Barbosa in l. cum dote, §. si pater, n. 25. iterum Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputacione 91. n. 2. ubi foemina quae non est in ætate nubili, & de promissione dotis facta virgini non nubili, Pichardus in §. omnis, n. 10. Instit. de verborum obligationibus, post Gomezium in l. 50. Tauri, n. 29. Aiora de partitionibus, 2. parte, quæst. 7. iterum Barbosa in l. cum dote, §. si pater, num. 42. ff. soluto matrimonio; Bæca de dote, cap. 20. n. 24. Alvarado de conjuncta mente defuncti, lib. 3. cap. 2. n. 31. Sarmiento lib. 8. selectarum, in l. cum quidam, num. 12. & an legatum pro maritandis debeat viduae, quae vult secundas contrahere nuptias; Castillo in l. 26. Tauri, in fine. & de hac materia plures referens alter Castill. lib. 4. controversiarum, cap. 5. n. 54. omnino videntus, & in 56. & cap. 48. n. 11. ubi de legato paella relicto, ut possit nubere, quando sit purum, vel conditionale, Tuschus tit. L. conclus. 91. & sequentibus ubi latè, Gomez Bayo in collectaneis, tit. R. n. 31. & in verbo, dot, n. 1. & in quæst. 153. ubi latè agit de dicto legato; & vide ante omnes Herm. sillam in l. 6. tit. 4. part. 5. glossa 1. ubi latissime an sit modale, vel conditio male praeticum legatum, & de ejus transmissio, & an debeat naturalibus, vel spiritibus, vel viuis, vel jam nuptis, vel impubertibus, vel Tertiaris, seu Beatis, vulg. Terceras, & Beatas, vide etiam egidium Trullench. in Decalogum lib. 7. cap. 8. d. n. 12. per totum, & Dianam 3. part. tract. 6. resolutione 29. in fine ubi de jam nuptis, an illis debeat dictum legatum & optimè Molinam de justitia, tom. 1. disput. 208. & post eos Cancercium variarum, 3. parte, cap. 20. n. 178. & seq. ad 199. latissime, & cap. 21. n. 5. §. & seq.

Et Generaliter de legato modali, præter relatos supra in additione ad n. 70. Maximè Castil. lib. 4. controversiarum, cap. 55. per totum ubi ferè infinitos refert; videndi sunt Molinam in l. si Titio, ff. de leg. 1. ubi de modo mixto penitente ex factio honorariæ, & alterius Tertian si deficiat, faciat deficere legatum, Gratianus disputacionum cap. 797. n. 6. Barbosa in collectanea cap. 4. de conditionibus appositis, lib. 4. decretalium, n. 3. ubi quod modus adjectus legato facto Ecclesiae judicatur causa impulsiva vel finalis, prout magis utile fuerit ipsi Ecclesiae, Surdus de isone 156. Gregorius Lopez in l. 1. tit. 9. part. 6. glossa, entregado, ubi quando modus respiciat causam finalem, vel non Padilla in l. donationes, C. de transactionibus, num. 8. ubi quod modus impossibilis habetur pro non adjecto, etiam in contractibus, Pichardus bene explicans, §. sub conditione, ex n. 9. Instit. de verborum obligationibus, Gratianus in reg. 121. ubi quando modus legatum restringit, vel non Herm. sillam in l. 6. tit. 4. part. 5. glossa 1. & 2. Petrus Gregorius in synagoga lib. 42. cap. 3. n. 51. Osualdo ad Donellum, lib. 8. cap. 14. & cap. 17. & 34. ubi quomodo differat a conditione? de quo etiam Parladorius dicta differentia 417. latè Surdus in tractatu de alimentis tit. 9. quaestio 16. n. 56. & quaestio 4. ibidem & tit. 1. quaestio 48. n. 70. & tit. 2. quaestio 1. n. 29. & 55. ubi an modus restringat legatum, & tit. 5. quaestio 3. ubi quod modus impleretur post quaesitum emolumentum: & tit. 8. privilegio 24. ubi quod modus mixtus deficiens per casum, non extingit legatum; & quaestio 16. eodem tit. ubi de modo implendo, & quis possit agere & petere,

ut modus impleatur, & alia; & D. Larrea de res. 59 num. 10. & allegatione fiscoali, 80. num. 1. ubi quod leg. tum relictum Religiosis ut faciant capellam intra annum, aliis amittant legatum, non currit tempus nisi post legatum traditum; & Cancr. varior. 3. p. c. 20. ex num. 149.

71 Ad num. 73. ibi: Legatum fit sub demonstratione, &c.

De legato facto sub demonstratione, & quod falsa demonstratio illud non vitiet, vide Crasium §. 17. quest. 59. Sordum de res. 161. num. 3. & seq. & Spinum in speculo res. am. glossa 14. principalis, num. 88. ubi adducit differentiam inter conditionem, & demonstrationem, quod etiam facit Parladorius tomo 3. diff. 147. num. 15. & an ibi explicat Text. in l. quoribus mutuis, ff. de auro & argento legato, rufchus lit. D. conclusio 191. Petrus Gregor. in synag. lib. 42. cap. 32. num. 71. ubi etiam de differentia conditionis, & demonstrationis, Stephanum Gratianum discip. tomo 5. cap. 588. num. 2. & 22. ubi quod falsa demonstratio vitiat legatum, si non constat de certo corpore expresso nomine singulari, quamvis aliis non vitietur, & in c. 957. num. 7. & in cap. 926. & 930. & 986. ubi quando verba sicut demonstrativa, seu limitativa, de quo etiam agit in c. 67. num. 32. & 41. Cancrarius varior. 3. part. cap. 20. num. 144. ubi laudat Gomezium, doctissimum Barbosa in tract. de dist. dictione ipse, & dictione iuxta, & dictione videlicet, & dictione rano, & dictione cum, ubi late explicat quando he dictiones sint demonstrative, vel non; Oualdus ad Donellum lib. 8. cap. 14. & cap. 19. l. 15. cap. 11. ubi quod demonstratio in futurum concepta inducit conditionem, thomas Sanchez matrimonio lib. 3. disp. 19. num. 1. & 2. ubi an demonstratio apposita matrimonio illud vitiet, quando advertatur eju s substantia; & ibi num. 3. quid si apponatur per modum conditionis; & omnium latissime Castillo, lib. 4. controvers. cap. 54. per tot. ubi num. 3. adducit definitionem demonstrationis traditam hic per nostrum Gomezium; & num. 6. ex multis probat verba in dubio intelligenda apposita demonstrative aut declarative, non restrictiva seu limitativa; & per tot. caput optime materiam explicat, eum omnino videas, & Molinam de justitia tomo 1. disp. 211. ubi tradit demonstrationem, & an quando est falsa vitiet dispositionem Pichardus in §. hinc proxima 30. num. 1. per tot. Insit. de leg. num. 3. docet quod demonstratio falsa, quando aliis de corpore non constat, legatum vitiet, & similiter vitiat contractum, si est circa substantialia, Hermosilla in leg. 10. tit. 5. part. 5. gloss. 2. num. 1.

72 Ad num. 74. ibi: Verum etiam quando fit in pecunia vel quantitate legata, &c.

Legatum quantitas, quando quantitas consideratur ut species, verbi gratia, si testator dicat, lego centum qua sunt in tali loco, vel qua mihi debet Petrus, vitari, si talis quantitas non reperitur in tali loco, vel eam non debeat Petrus; secus vero si quantitas legatur sine tali assignatione, & ut genus; ut hic docet noster Gomezius, tradunt & explicat Afflictus de res. 199. num. 7. Pichardus in §. sed si uxori, Insit. de leg. Praxis de interpret. nr. volum. lib. 4. dubit. 4. num. 11. & seq. Ludovicus Casanate consilio 56. num. 54. & alii plures relati, & sequuti a Castillo, dicto cap. 54. lib. 4. controvers. num. 26. & seq. ubi optime probat, & declarat illam questionem, an scilicet melioratione Tertii & Quinti assignata in re, vel in rebus certis, non

aequivalentibus Tertio & Quinto illud quod desit supplendum sit ex ceteris bonis; & primo refert opinionem negativam nostri Gomezii in l. 17. Tauri, num. 14. & tandem cum Angelo in tit. de meliorationibus, l. 3. glossa 2. num. 1. & 2. & glossa 6. num. 1. distinguit, quod aut melioratio fuit Tertii & Quinti, & in eo consistit substantia legari, & tunc res intelligitur adjecta ad executionem, quae si non sufficit, reliquum suppleri debet; aut res ipsa fuit relicta in rationem Tertii & Quinti, & suppleri non debet, cum substantia dispositionis consistat in re relicta.

Ad num. 75. ibi: Sexto notabiliter & singulariter dicitur, quod aliquando, &c.

Falsitatem causae sub qua fuit factum legatum illud non vitiat, praeter quam si probetur quod testator aliis non esset relictorus, ut resolvit noster Gomezius, docent, & explicat Gregor. Lopez in l. 19. & 20. tit. 9. part. 6. Mantica de consuet. ult. volum. lib. 6. tit. 14. num. 15. ubi probat quod causa in dubio non praesumitur finalis, sed impulsiva; & num. antecedentibus docet, quod causa de futuro deficiente deficit legatum, praeterquam si sit in favorem legatarii apposita; quod etiam docuerunt Sordus in tract. de alimentis, tit. 2. quest. 1. ex num. 29. Stephanus Gratianus discip. cap. 138. Cancrarius varior. 3. part. cap. 20. num. 154. & seq. & alii plures congesti a Castillo lib. 4. controvers. cap. 25. num. 45. & cap. 56. num. 7. & cap. 60. num. 19. Menochius lib. 4. praesumpt. 172. num. 2. ubi quod causa impulsiva cessante non deficit legatum, & vide omnino Tuschum lit. E. consuet. ult. maxime num. 4. ubi dicit communem, quod falsa causa de preterito non vitiat legatum, Spino in speculo testament. glossa 30. principalis, num. 27. ubi etiam agit de interpretatione Text. in l. demonstratio falsa, §. quod autem, ff. de conditionibus & demonstrationibus, & vide etiam Molinam de justitia tomo 1. disp. 209. per tot. ubi optime explicat materiam, & tradit definitionem causae, & Pichardum in §. longe magis, Insit. de leg. Donellum commentariorum juris, lib. 8. cap. 14. ad finem, Petrum Gregorium, in synagmate lib. 42. cap. 32. num. 52. & 54. ubi distinguit causam finalem, & impulsivam, & vide Cancrarium supra usque ad num. 190.

Ad num. 76. ibi: Et resolutivo dico, &c.

Conditionem in specifica forma regulariter impleri debere, & non per aequipollens, ut hic tradit noster Gomezius, pro regula constituunt Jason in l. Galvus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthumis, Medicus in res. 5. ubi quod vitium si minimam omitteretur, Bernardus Diaz in res. 113. Costa in §. & quid si tantum, in 3. part. ex num. 37. rufchus lit. C. conclusio 594. & 595. & optime Menochius lib. 4. praesumptio 185. per tot. distinguens conditionem necessariam & voluntariam, & in qualibet plures declarationes & casus; Mantica de consuet. ultim. volum. lib. 11. tit. 17. ex num. 11. ubi adducit allegationes nostri Gomezii, hic, Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 1. num. 12. & plurimos referens, ut solet Castillo, lib. 4. controvers. cap. 15. per tot. ubi latissime explicat quando in conditione voluntaria, vel necessaria, detur progressus de casu ad casum; Gratianus discip. cap. 786. num. 14. & in cap. 603. ex num. 19. ubi quod non datur exceptio de casu ad casum, etiam favore pie causae, in conditionibus, Petrus Gregorius in synag. lib. 42. c. 32. num. 41. Pichardus in nr. vicia, Insit. de vulgari, num. 14. Joannes

Joannes Gratianus in res. 82. ubi plures refert, ampliat & limitat; & num. 3. probat quod ita debet conditio impleri in specifica forma, & sic strictè, & praecise, ut non admittatur purgatio morae, Do ellus comment. lib. 8. cap. 33. & ibi Oualdus, lit. la. §. 1. 5. cap. 12. ubi etiam Oualdus declarat, & late & optime, ut solet, Fufarius in tract. de substit. quest. 454. & 463. ubi declarat.

Ad num. 77. & 78. ibi: Et breviter, & resolutivo dico, &c.

Et ibi: Item adde quod idem est, &c. Conditio inducens viduitatem live in masculino five in femina, live sit corrupta vel non, dummodo aliis non contraxerit nuptias, rejicitur, & legatum debetur, etiam si conditio non impleatur, ut hic refertur, docent Joannes Gratianus, in res. 83. ubi alios plures refert, & septem ampliationes & sex limitationes adducit, Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 12. & 13. & alter Molina de justitia, tom. 1. disp. 207. Mantica de consuet. lib. 11. tit. 18. num. 2. & seq. qui omnes probant quod conditio nubendi certa persona, intelligitur si honestè impleri potest, aliis rejicitur; & omnium latissime materiam prosequens Thomas Sanchez de Matrim. l. 1. disp. 34. per multas conclus. & ibi, num. 2. probat quod conditio non nubendi apposita in contracta, illum vitiat tanquam impossibilis de jure; & disp. 33. antecedenti, late agit de conditione nubendi certa persona, vel certe familiae, seu persona nobilit, &c. & latissime etiam Castillo, lib. 4. controvers. c. 25. quasi per tot. maxime num. 48. ubi etiam ex num. 73. agit quando conditio nubendi certa persona in alteri non ponit culpa seu culpa istius; & rectè disputat quid si conditio nubendi persona determinata impleri non potuit, ex eo quod pater impedivit, praecipiens ut alteri nubat, vel quod non nubat intra terminum statutum, & alia, cum vide, & Thomam Sanchez, ubi supra, & Pichardum omnino in §. sed si uxori, Insit. de leg.

Ibi: Item ex praedictis dubitatur, &c.

Conditionem ingrediendi Religionem aliqui rejiciunt tanquam impossibilitatem matrimonii; sed probabilius est eam validam esse, ut ait noster Gomezius, & eam Molina de justitia, tom. 1. disp. 207. ubi quod etiam valet conditio, si Sacerdos fiat, non autem valeat si celebs, vel continenter vivat, quia est impulsiva matrimonii: valebit autem haec, si castè, & honestè vivat, quia ducens uxorem, dicitur castè, & honestè vivere, prout haec omnia docet, & cumulat Thomas Sanchez l. 1. dist. disp. 34. num. 15. quem omnino videas, & Pichardum in dist. §. sed si uxori, num. 49. vi de conditione si castè, vixerit, & in §. 2. Insit. de jul. & jure, num. 27. Cevallos, quest. 11.

Ad num. 79. ibi: Item adde quod si legatum relictum alienis, &c.

Conditionem nubendi certa persona, validam esse docent relati supra in addit. ad num. precedentem, maxime Thomas Sanchez, dicta disp. 33. l. 1. de matrimonio, & Castillo l. 4. dicto cap. 25. qui alios plurimos referunt.

Ibi: Sed si quis promittat pecuniam si non ducatur, &c.

Pecuniam apponi non posse pro contrahendo matrimonio, ut docet Gomez. notum est in Iure, ut latissime probat Thom. Sanch. l. 1. de matrim. disp. 30. per tot. ubi num. 21. ampliat, etiam si pena sit mollis, atque contrahentium dignitate, cum Greg. Lopez, in l. 19. tit. 1. part. 5. verbo, La pena, Covarr. in 4. 2. p. c. 3. §. 7. n. 5.

Matenzo Azeved. & aliis, contra Cinum, Joan. Andream, & alios; & eandem, num. 14. & 15. probat valere penam, quatenus includit damnum emergens, ut si alter sponsus ratione sponsalium expensas fecerat, vel aliud simile; haec enim peti possunt; & in disp. 31. disputat, an recipiens penam in praedicto casu teneatur restituere; & conclusit non teneri donec fuerit condemnatus; Et in disp. 31. ex num. 20. agit, an haec promissio penaliter teneatur juramento; & num. 21. eligit partem negativam, eum vide.

Ibi: Item adde quod conditio, &c.

Conditionem, vel mortuum appositum in legato, per quem libertas infingitur, non valere, ut hic resolvitur probant Bernardus Diaz in regul. 800. & ibi Salcedo Azevedus, in l. 11. tit. 6. l. 5. recopit. num. 21. & 22. & alii relati a Thomas Sanchez, de matrim. lib. 1. disp. 40. ex quo inferunt dictam conditionem habitandi in certo loco a sponsalibus rejiciendam, sed ipse Thomas Sanchez certius putat, ill pactum, & conditionem validam esse in matrimonio, ut potè favorabilem ipsi in matrimonio, & alteri conjugii, explicat text. in l. Titio centum, v. Titio centum, intelligendum esse cum dicta conditio vana est, in nullius favorem edens; & num. 7. ait valere conditionem appositam in primogeniis, ut successor sub pena amissionis majoratus teneatur in certo loco habitare, quia interest defuncti ad honorem & memoriam ut successor habitet in loco, ubi domus, & familia sua est, alio enim migrante successore, facilius memoria institutoris perditur, vide eum, & Larream, in tractatu de Anniversariis, & Capellanis, lib. 1. cap. 8. ex num. 66. ubi idem probat in conditione habitandi, & residendi in certo loco, apposita Capellanis fundationis, quam valere asserit, explicans titulum textum in d. Titio cent. tunc procedere quando conditio habitandi in certo loco, nullius persona utilitatem respicit; Donellus lib. 14. commentariorum, cap. 37. ubi ejus emuleator Oualdus, lit. C. Quamvis autem si eam istam sapradicti Doctores fuerint interpretari, verius tamen dicendum arbitror cum Dom. Franc. de A naya, lib. 1. observ. cap. 6. num. 1. posse quemlibet pacto, & conventionem se adtingere ad morandum in certo loco; sua propria voluntate; secus autem quando haec conditio ab alio imponitur veluti a testatore legatario quem spe lucri praeter ejus voluntatem allicere vult ad tale gravamen; & sic esse explicandam hanc difficultatem, & text. in §. Titio centum, ff. de condit. & demonstrat. tunc enim verè libertas infringitur.

Ad num. 80. ibi: Et breviter, & resolutivo dico, &c.

Conditionem heredi appositam, ad substitutum non transire; legatario autem appositam, si est potestativa, vel mixta, ad substitutum, vel conjunctum transire, secus si sit casualis, vel cohaereat persona, hic resolvitur ut vides; sed quatenus Gomezius indistinctè docet conditionem instituto appositam ad substitutum non transire longiori indinet explicatione, de quo videntur sunt omnino Mantica de consuet. ultim. volum. lib. 10. tit. 6. ex num. 1. Peregrinus de fideicom. art. 16. ex num. 30. & late Menochius lib. 4. praesumpt. 178. ubi octo casus distinguit, qui omnino videntur sunt; & novissime etiam septem casus distinguens Fufarius in tract. de substit. questio 449. per tot. qui num. 15. refert de hac materia repetitioni, conditionis, modi, seu qualitatis Menoch. supra, praesumpt. 176. usque

usque ad 181. Mascardum, de probat. conclus. 1265. Castillo, lib. 2. controu. cap. 4. quasi per tot. & prater eos videndus est Sarmiento lib. 4. seclit. 4. si ita, num. 4. & lib. 8. in l. Celsus pater, §. quod alienus, num. 10. qui explicat text. in l. unice. §. pro secundo, Cod. de codicis tollend. ubi de onere, vel conditione legati, an transeat ad substitutum; & etiam videnda sunt quæ diximus supra, in addit. ad num. 69. hoc cap. & Cancr. variar. 3. parte, c. 20. num. 132. ubi explicat latè.

78 Ad num. 81. ibi: Et magisraliter, & resolutivè dico, &c.

Confessionem debiti testamento factam resoluvi in legatum, & fideicommissum, ut docet noster Gomezius, probant etiam Parladorus lib. 2. cap. 1. per tot. Gutierrez de juramento, 1. parte, cap. 5. ex num. 21. Castillo lib. 5. controuers. cap. 111. ex num. 12. & cum eis Salgado in labyrintho part. 3. cap. 13. num. 20. versic. hinc pater, Surdus decis. 285. per tot. ubi num. finali, pendens vim dictionis ampliativæ, casu libet, ait, quod si testator alicui reliquit aliquam quantitatem, & adiecit se plus relicturum, si pater legatarii sibi solvisset quod debebat, tunc si legatarius patri defuncto succederet, liberationem deberi intelligi relictam? & in decis. 290. ubi num. 6. ait, etiam quod confessio incidenter facta, & ad alium finem, non probat debitum, nec potest ille ad cuius favorem facta fuit, agere ad quantitatem confessatam, de quo iterum ipse Surdus decis. 309. & Farinacius decis. 95. lib. 2. decis. criminalium, & Barbosa in tract. de iure Ecclies. lib. 3. cap. 11. num. 18. Valdesius ad Suarez. in leg. post. rem iudicatam, not. 3. in add. lit. A. & de principali resolutione huius numeri, optime Gutierrez in tract. de jur. confir. 2. parte, cap. 6. num. 5. ubi probat quod ex dicta confessione facta in testamento non poterit testator in vita conveniri; cum tantum habeat vim legati, nisi dicta confessio fuit jurata, vel facta per viam contractus in presentia partis illam acceptantis; & in quest. 96. tom. 3. ex num. 3. Benedictus in cap. Raynacinus, verbo, in extremis positus, num. 14. Avendaus latè in cap. 29. Prætorum, 2. parte, ex num. 9. Stephanus Gratianus disceptationum forensium tom. 1. cap. 110. quasi per tot. maxime, ex num. 2. ubi num. 5. ait, quod si revocetur testamentum censetur revocata confessio; & num. 50. quod non potest revocari si fuerit jurata; vide Cancr. 3. parte, cap. 3. ex num. 227.

Ibi: Ex quo singulariter inferitur.

Quod talis confessio facta à patre non præiudicat filius in legitima, sicut nec si pater vendidit bona, vel patrem eorum, & confiteatur pretium recepisse hic resolvitur, ut vides, quia talis confessio videtur facta in fraudem legis, quod optime probant & explicant Gutierrez de juramento, confirmator. 1. parte, cap. 3. n. 10. & quest. 96. tom. 3. n. 5. ubi de confessione jurata, & Parladorus lib. 2. quotidianar. cap. 14. Salgad. in labyrintho 3. parte, cap. 13. per totum, omnino videndus, ubi quod dicta confessio non nocet creditoribus, latissime comprobat plurimos referens Merlinus de legiti. ma. l. 2. tit. 1. cap. 10. ex n. 5. 14. & 17. ubi quod si testator confiteatur malè ablata, & pro eis relinquat legatum, hoc legatum deducitur ante legitimam, dum tamen de ipsis malè ablatiis plene constat; Castillo. in l. 9. Tami: latè Suarez in de las ganancias, ex n. 26. ubi Valdes. quamplurimos refert Mantica de confes. lib. 10. tit. 4. Gregor. in l. 3. tit. 14. partit. 3. Barbo. in leg. 1. 6. part. 3. ff. solut. matrim. potime Mascard. de probationibus,

litera C. conclus. 359. Morla in empov. 3. parte, tit. 8. quest. 1. n. 14. qui alios plurimos refertur, & Mantico in leg. 9. tit. 3. lib. 5. Recopilat. gloss. 2. n. 3. & lib. tit. 8. gloss. 7. num. 5.

Ibi, Ex quo notabiliter inferitur, &c.

Confessio extrajudicialis, licet non plene probet, probata tamen duobus testibus, semiplenam inducit probationem. Ocellus in l. tale pactum, in principio, n. 20. ff. de pallis. Covarruv. in cap. quavis pactum, 2. part. §. 4. n. 1. & si fuerit facta parte presente, plenam probationem facit, ex l. 7. tit. 13. partit. 3. ut ex pluribus probat Gutierrez in tract. de juramento confirmatorio 1. parte, cap. 54. per totum, ubi plures limitationes adducit, & casus in quibus hæc confessio extrajudicialis duobus testibus probata plenam probationem facit, & Morla in empovio, tit. 8. q. 17. n. 4. ubi agens de libro rationum, qui contra scribentem probat, si producatur in iudicio parte presente, videtur confessio presente parte facta, quia scriptura semper loquitur, & sic plene probat; Tiraqueillus de privilegiis pia causa, privilegio 116. & 117. Gregorius in l. 2. tit. 12. parte 3. ubi de confessione promissoria, de quo etiam noster Gomezius tom. 2. cap. 11. n. 6. Mascardus de probationibus, conclus. 345. & 349. Gratianus disceptationum, cap. 142. n. 8. iterum Gutierrez in practica, lib. 3. quest. 12. n. 2. ubi quod non sufficit fieri parte presente, nisi fuerit acceptata; Farinacius in practica, quest. 82. n. 13. ubi quid in criminalibus; & plurimos referens Barbosa in collectanea ad cap. ex parte, de confes. n. 9. & 10. quem omnino videas, & Tufchum litera C. conclusione 637. & 638. & Cancr. variarum 3. parte, cap. 7. ex num. 133.

Et circa confessiones quæ sunt in testamentis, habes unam decisionem notabilem in l. finali, tit. 18. part. 3. versic. Orro si decimus, ubi disponitur, quod si quis in suo testamento declarat, quod Petrus, verbi gratia, debet sibi decem, cum viginti debeat, talis confessio non nocet heredibus volentibus probare, quod dicta viginti debentur, nisi constet quod excessum voluerit donare, aut juraverit plus sibi non deberi; ubi Gregorius dat pro concordanti text. in authent. quod obtinet, Cod. de probat. & de confessione facta in testamento, quod alius sibi nihil debet, vide Avendaum super dicto cap. 29. Prætorum, 2. parte, num. 12.

An autem prædicta confessio facta in testamento possit revocari? videndi sunt Parladorus lib. 2. quotidianar. cap. fin. §. 4. num. 18. Azeyedus in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. num. 16. Caldica de error. pragmatic. lib. 3. c. 1. & 2. Gratian. discept. tom. 1. c. 116. num. 55. Farinac. in practica criminali, tom. 3. quest. 82. num. 15. Costa in tit. de non num. pecunia, fallentia 12. Gratianus in reg. 116. num. 22. Gutierrez lib. 3. practica, quest. 97. Avend. lib. 2. dicto cap. 29. Prætorum, ex num. 10. Caldas in l. si curator em, §. sine curatore, num. 19. Mantica de conjecturis ult. volunt. lib. 9. tit. 8. ex num. 10. Hermosilla in l. 9. tit. 1. parte 5. glossa 7. ex num. 40. Joannes Gratianus regul. 126. ex num. 17. Menochius lib. 3. presump. 35. num. 32. Tufch. lit. C. conclus. 639. & lit. T. conclus. 103. Surdus decis. 250. Gomez Bayo in col. verb. Confessio, apud quos latissime disputatur, an confessio facta in testamento testatoris viventi præiudicat, vel revocata testamento?

Et an confessio testatoris dicentis se debere Petro centum, præiudicat aliis creditoribus? vide quod sic, si cum confessione concurrat unicus testis; Hermosilla in l. 9. tit. 1. partit. 3. gloss. 5. ex n. 40. de

de quo vide Nogerol. alleg. 7. ex n. 24. & allegacione 36. ex n. 36. & Salgado in labyrintho 3. parte, cap. 13. n. 14.

79 Ad numerum 82. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Legatum liberationis valet, & prodest etiam fideiussori, & tantum comprehendit debitum purum, non in diem, vel conditionale, nec res, vel bona quæ debentur actione realijta resolvit Gomezius hoc numero, & comprobatur latè à Cardinali Tufsch. lit. C. conclusio 126. quasi per totum, maxime ex n. 32. & 46. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 9. tit. 8. per totum, Cujacio lib. 33. ff. in l. 10. & lib. 36. l. 1. ff. de liberatione legata, Anton. Fabro lib. 17. conjecturarum, cap. 9. & seq. Menochio lib. 4. presumptione 164. per totum, Baëza de decima tutoris, cap. 2. n. 163. & 164. ubi quod liberatio generalis non liberat à reddenda ratione, si constet priore computationem aut fuisse erroneam, aut non plenam, nec aliquid operatur prædicta liberatio, quoad ea quæ dolo sunt occultata, vel ignorata; idem tenet Gutierrez in tract. de tutel. 3. parte, cap. 14. n. 4. & 9. ubi quod dolo futurus non remittitur, nec potest remitti; & n. 13. ubi quod ex liberatione legata non censetur testator remittere res illas pro quibus testator posset agere rei vindicatione, quod limitat cum Padilla, quando hujusmodi liberatio fit patri, cui etiam actiones reales remitte videtur, Baëza de debitor. cap. 10. n. 4. & 8. Cancr. variar. 3. parte, cap. 20. n. 35. ubi de debito conditionali, vel in diem, & alia; & an remissio, seu liberatio generalis comprehendat ea quæ ex liberatione debentur Gutierrez ibidem n. 14. & cap. 1. ea tem parte 3. n. 45. & cap. 8. 1. parte, n. 52. vide etiam Osualdum ad Donellum lib. 16. cap. 22. litera D. & Escobar de Rationibus, cap. 5.

Ibi: Si vero scripturam, seu chirographum legat, &c.

Quod si testator legaverit apodictam, vel scripturam, vel si legat libram rationum, videatur legare debita, & credita in eis contenta, docet Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum; lib. 9. tit. 1. n. 9. Osualdus ad Donellum lib. 8. cap. 19. lit. E. Antonius Faber lib. 17. conjecturarum, cap. 10. latè Motla in empovio tit. 1. quest. 8. ubi etiam late agit, an si reddatur instrumentum debiti inducatur ex hoc tacitum pactum remissionis ipsius debiti, de quo etiam Menoch. lib. 3. pres. 140. late declarat, & omnes supra relati, Castillo tom. 2. controu. cap. 23. ubi plurimos refert, & novissime Salgado in labyrintho, 1. parte, cap. 19. ex num. 9. omnino videndus.

Diversum verò statuitur quando creditor legat pignus, vel hypothecam suo debitori, tunc enim jus pignoris, non ipsum debitum legale præsumitur, nisi aliam fuisse voluntatem testatoris probetur; ut constat ex relatis Doct. Petro Greg. in syntag. lib. 2. cap. 6. num. 3. Mantica lib. 9. tit. 8. num. 5. Conanno lib. 5. comment. cap. 4. num. 2. & alii. Circa rationem autem diversitatis, plura scripserunt Interpretes, contra quos insurgit Antonius Faber dict. lib. 17. cap. 10. contendens etiam in casu legati pignoris ipsum debitum remissum videri, cuius argumentis optime satisfacit Dom. Franc. Amaya lib. 2. observ. cap. 14. per tot. ubi num. 7. & 11. & seq. optime defendit ab impugnationibus ipsius Fabri, text. in l. 1. §. 1. ff. de liber. leg. & vide etiam post hæc scripta novissime Salgado in labyrintho, 1. parte, c. 29. ex num. 3. ubi late explicat.

80 Ad n. 83. ibi: Et breviter, & resolutivè resp. &c.

Liberatio à reddendis rationibus si per testatorem concedatur, tantum tenebitur gestor ad res, vel bona quæ possidet, & ad debita, & actiones, quæ ex administratione provenerant, non tamen ad res, & bona deperdita, vel consumpta ex negligentia, vel culpa levi, secus si dolo, vel malitia ejus, ita resolvit noster Gomez. in presenti, præterquam si dolo etiam remittatur prout potest præteritus, non futurus; & ita docet n. Cardinalis Tufsch. lit. C. conclus. 326. late Boffius decis. 24. num. 8. Baëza in tract. de decima tutoris, cap. 2. num. 160. ubi cum communi resolvit tutorem, vel alium gestorem teneri reddere rationem, etiam si ei legata sit liberatio à reddendis rationibus, nam his verbis solum videtur sublata scrupulosa inquisitio, non autem quominus conveniri possit ratione doli, vel reliquorum quæ apud eum sunt; & iterum cap. 4. num. 44. Gutierrez in tract. de tutel. 1. parte, cap. 8. n. 51. Covarruv. lib. 2. var. cap. 14. iterum ipse Gutierrez in dict. tract. 3. parte, cap. 1. ex n. 31. omnino videndus Menoch. lib. 4. presump. 164. Escobar in tr. de Rationibus, cap. 5. per tot. ubi bene materiam explicat, & conciliat. l. Aurelius, §. Mavia, de liberat. leg. cum l. creditur, §. Titia, eod. tit. & novissime Farinac. in syntag. verb. juratum, num. 1091. & seq. ubi explicat quando valeat, & possit fieri remissio doli, five in omittendo, five in committendo, committit. 2. & num. 106. agit, quod si administrator nihil lucratus fuit in administratione, an contra eum juretur in litem propter dolum; Carpio in tract. de executor. lib. 4. c. 2. num. 10. Angul. Barbof. de univers. jure Ecclies. lib. 3. c. 27. num. 42.

Ad n. 84. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Explicat hic noster Gomez. ubi, & quo loco, peti possit legatum, vel solvi? (de quo etiam infra num. 98.) & cuius expensis res legata portari debeat, de quo videndi sunt Sarmien. lib. 8. seclit. in l. si quis servum, Menoch. de arbit. cas. 68. Gregor. in l. 12. tit. 9. part. 6. gloss. 2. & in l. fin. eod. tit. Osuald. ad Donel. lib. 17. comment. cap. 15. Surdus in tr. de alimentis, tit. 4. quest. 16. ubi de legato alimentorum quo loco solvendum sit, de quo etiam latissime Castillo lib. 4. controu. cap. 60. quasi per tot. iterum Donel. 1. comment. juris, lib. 8. cap. 35. & ibi Osualdus, Cujacius, lib. 5. ad africanum, ad l. 108. ff. de leg. 1. qui omnes, & supra relati agunt de servo fugitivo legato, qui si vivo testatore fugit, expensa & periculo legatarii quaerendus est, si vero post ejus mortem, totum hoc ad heredem pertinet, ex l. 8. ff. de l. 2. de quo etiam sermonem facit Garc. in tract. de expens. cap. 17. ex num. 18. vide etiam bene explicantem hæc questionem, Molin. de justit. tom. 1. disp. 195. num. 9. & 10. Gratianum discept. forensium tom. 1. cap. 62. ubi probat quod legatum relictum in subsidium studii præstari debet in loco, ubi legatarius studio incubit; & num. 12. docet spectare ad legatarium periculum deferendi pecuniam & fructus legatos, quando debeantur ex certo & determinato prædio, quia debeantur ut species.

Item adde, an in legato reddituum fundi, hæc res possit retinere fructus talis fundi, & solvere æstimationem in pecunia? quod late disputat Barbof. in l. 7. ff. soluto matrim. ex num. 30.

Item de legato cum pacto de non revocando, vide eundem Barbof. in l. que dotis, ff. soluto matrim. num. 113. & seq. ubi etiam ex n. 145. 163. & seq. latissime agit de alienatione rei legatæ consentiente legatario, & ibi per discursum plura non contemenda de hac materia reperies.

Item

- Item adde, quod si testator legat domum quam solam habet, si ea insigniant filii, an valeat legatum? vide Gregor. Lopez in l. 23. tit. 9. part. 6. verb. Como el, & Alvarado de conjeturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 34. & 35. apud quem ibid. & in lib. 4. §. 1. plura non contemnenda invenies in materia legatorum.
- 83 Si legatum fiat servo plurium dominorum, si alter eorum omiserit legatum, ejus pars remanet penes heredem, licet aliud sit in hereditate, probat Pichard. in §. servus autem, num. 4. Instit. de hered. instit. & alia de hoc jure accrescendi vide per Castill. in l. 9. Tauri, & in leg. 38. ubi probat quod si legatum fiat, duobus executoribus testamenti, & alter nolit exequi, totum habebit socius.
- 84 Item de hoc legato, *Quiddam Roma, vel in urbe Roma*, quid comprehendat, & an comprehendantur credita quae continentur in Kalendario ibi existente, vide D. Francisc. de Amaya lib. 1. *selestarum*, cap. 16. per totum.
- 85 De praescriptione contra legatarium late Rodriguez in tract. de redd. lib. 1. quest. 17. n. 103. Guttierrez *canonicarum*, lib. 2. cap. 26. per tot. Angustinus Barbosa in coll. ad cap. fin. de prescript. num. 13. Costa in §. cum in bello, verbo, *Indicaret*, num. 8. Cancereus var. 3. part. cap. 20. num. 64. & 24. Gratianus *discept. forensium* tomo 1. cap. 118. ex num. 16. Caldas in l. si curatore, §. sua facilitate, num. 35. Osualdus libr. 8. cap. 36. Scaccia de commerciis, §. 7. glossa 7.
- 86 Legatum de centum solvendis intra certum tempus, & quod si non solvantur praesentur sex pro centum, an sit usurarium? Farinac. in decis. 85. lib. 1. & an in legatis propter moram debeantur usurae, Rodrig. in d. tract. de redd. lib. 3. quest. 7. num. 115. Fachin. lib. 6. contro. cap. 72. Gratianus in reg. 211. Cevall. quest. 904.
- 87 De legato usufructus facto uxori si dotem non petierit, an finito usufructu dos exigi possit? & quid si sponte ei solvatur? Fachin. lib. 12. contro. c. 64. & 65.
- 88 Item adde, quod si fiat legatum Titio, nec constet cui, cum sint duo Titii, neutri debebitur, etiam si alter alteri renuntiet, ita cum Bartol. & Alexand. docet Gratian. *disceptat. forens. lib. 1. cap. 30. num. 9. & ibi* quid si renuntiet, seu jus suum cedat alteri.
- 89 De veste legata, quam dicit valere quadraginta, cum valeat centum; & de centum quae dicit contineri tali instrumento, cum ducenta contineantur; & de fundo legato cujus usufructus alienus erat, & alia, Alvar. de conjet. ment. defuncti. lib. 4. cap. 1. ex num. 58.
- 90 Si testator legat dimidium bonorum mobilium, legatum solvendum esse absque eo quod prius satisfiat creditoribus, dummodo hereditas sit solvendo, fuit resolutum apud Farinac. decis. 446. in 8. p. suor. oper.
- 91 Conditio non ingrediendi Religionem an rejiciatur in legatis Costa in §. arbitrato, ampliat. 11. Cevallos quest. 241. ubi de legato de centum si nubat, & de quinquaginta si ingrediatur Religionem, & vide supra.
- Legatum factum concubinae an valeat? vide late Farinacium in fragm. verb. *Concubinae*, ex num. 42. usque ad num. 608. ubi etiam de legato facto adulterae, & alia; cum limitationibus, & declarationibus, & de illis heredibus institutis.
- Si legata omnia solvi non possunt, legatum libertatis impleri debet, dummodo non praedictet legitima filiorum, Thomas Sanchez in *conf. moralibus*, lib. 4. cap. 2. dub. 11. num. 9. cum Gregorio Lopez in l. 1. tit. 11. part. 6. & ibi per totum dubium agit quid faciendum si integra legata solvi non possunt.
- Rupto testamento ex causa praeteritionis, utrum debeatur legatum relictum ipsi filio praeterito? vide Cevall. quest. 503. & de aliis legatis etiam piis, vide Cancereum *variar. 1. part. cap. 4. ex num. 48.*
- Legato pignore creditorum per debitorem, utrum censetur in totum facta compensatio cum debito? vide Cevall. quest. 595.
- Item adde quod si legata excedunt vires patrimonii, diminui debent pro rata, & reduci ad eas, ita Parladorius *quod. lib. 1. cap. 18* Franch. *decis. 336.* Escobar de *rationi. comput. 10.* Pereira de *nominat. emphyt. quest. 10. ex num. 45.* Tiracuellus de *piu. causa. privil. 26.* Surdus de *alim. tit. 8. privil. 30.* Gom. Bay. in *praxi. quest. 83. & quest. 152. num. 45.* Thomas Sanchez in *conf. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 11. Castillo lib. 4. contro. cap. 5. per tot. & novissime Salgado in labyrinth. part. 2. cap. 4. num. 2. ubi num. 3. ex Cald. ubi supra*, advertit, quod si aliquis ex legatis partem integram fuit consequutus, tenetur aliis restituere excessum, quod etiam in legatis piis procedit, ut ipsi Doctores tenent. Sed contrarium in legatis piis, maxime ad celebrationem Missarum pro anima defuncti, tenuerunt alii, ut constat ex D. Larrea *decis. num. 44. & 45.*
- Item adde, quod si fideicommissum a legatio relictum deficiat, non cedit commodum heredis, sed ad ipsum legatarium pertinet, de quo vide Larream *decis. Granatens. 67. ex num. 19.* ubi bene declarat.
- Item adde, circa l. 48. tit. 9. part. 6. ubi cavetur, heredem pro legato posse conveniri in loco domicilii, vel ubi fuerit major pars bonorum hereditatis, aut ubi res legata est sita; omnino videndum Carleval. de *judic. lib. 1. disputat. 2. ex n. 353.* ubi latissime explicat post Gregorium in l. 1. tit. 6. part. 6. & Molin. de *primogen. lib. 3. cap. 13. num. 73.* & Barbosam in l. *heres absens in princip. ex num. 37.* & Menochium l. 4. *presumpt. 100.*
- Item adde, quod testamentum impugnans tantumquam falsum, vel inofficiosum, amittit legatum; secus qui dicit testamentum nullum aliquo nullitatis defectu; quia tunc non impugnat testatoris iudicium, sed tantum allegatur ejus error, Cancereus *var. 1. part. cap. 6. num. 21. & 22. & 3. part. cap. 15. num. 288. & 289.*

D. ANTONII
GOMEZII
VARIARUM RESOLUTIONUM
TOMUS SECUNDUS